



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 89. Libellus supplex a Colonio Architalasso in comitiis porrectus ad
obtinendam sectæ libertatem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

gni opibus, de nobilitate, Magistrati- Sæcul.XVI.
A.C. 1560.
bus, corruptisque omnium Ordinum
moribus præfatur; ad hæc infensos er-
ga Regem, ac præcipuos Regis Mini-
stros subditorum animos esse ait, sed
caussam latere, ideoque difficiliorem
esse remedii adhibendi rationem edice-
bat. Absoluto Cancellarii sermone Gui-
sius Dux rei militaris, Cardinalis Lo-
tharingus ejus frater ærarii sibi com-
missi, publicæque administrationis, cui
ambo præpositi erant, studiose rationem
reddebat: additum vero a Cardinale,
quod onera Regni, vices quinques cen-
tenis millibus librarum regia vectigalia
excederent. Ceterum nihil ultra eo die
actum, in perendinum dilato confessu.

§. LXXXIX.

*Libellus supplex a Colinio Architalasso
in comitiis porreßtus ad obtainen-
dam sedæ libertatem.*

Postmodum in Sessione secunda, cum *Thuan.* l. 25.
Beza l. 3. p.
Joannes Montlucus Valentinus E-
piscopus sententiam suam edicere para- ^{284.} *Davila hist.*
ret, e sede sua surrexit Colinius Fran- *des guerr. ci-*
cicæ classis Præfectus, genuque bis per- *vit. l. 2. p. 57.*
demisse flexo ad Regem accedens nomi- *Betcar. n. 63.*
ne Calvinistarum, qui in Normandica *Pallav. l. 14.*
eius præfectura erant, libellum suppli- *c. 16. n. 2.*
cem porrigebat, atque in eo ad quæ- *& 3.*
C c 5 stio-

Sæcul. XVI.
A.C. 1560

ftionem sibi a Regina factam respondit; hæc enim ab eo sciscitabatur, quanam ex cauffa tot tumultus in præfata Provincia fuissent exorti? Ad hoc reponerant Calvinistæ, primam, præcipuamque cauffam esse Religionem, quapropter in hoc libello Regem rogabant, quatenus permitteret, ut ipsorum doctrina examinaretur, propter quam in hunc usque diem adeo severe mulctati essent; insuper petebant, ut Rex edictorum suorum severitatem mitigaret, eorumque cœtus publicos non prohiberet, imo potius iisdem templo in sectæ suæ usum concederet. Denique Deum, Regiamque Majestatem contestabant dicentes, quod nihil hactenus adversus Regem egissent, nec nunc moliantur, neque porro contra obedientiam, quam ei debent, moturi essent, sed pro ipsis incolmitate, ac Regni tranquillitate assiduas ad Deum preces semper fudissent, & nunc, atque in posterum idem facere parati forent. Ast cum Deputatorum nonnulli hunc libellum nullius chirographo firmatum observarent, hujusque rei cauffam inquirerent, respondit Colinius, quod hæc subscriptio fieri non potuerit, cum Calvinistæ in unum convenire prohiberentur, si tamen ejusmodi interdictum tolleretur, in sola Normanniæ Provincia plusquam quin-

ndit;
nam
Pro-
pone-
uam-
apro-
qua-
trina
hunc
sent:
i suo-
mque
o po-
sum
iam-
icen-
Re-
, ne-
quam
o ip-
illi-
mper
erum
De-
nul-
rent,
re-
suptio
e in
i ta-
tur,
uam
uin-
quinquagies mille homines huic libello mox subscripturos inquietabat praeter alios plusquam centies mille, qui in aliis locis, si cœtum agere permitterentur, nomina sua apponere non dubitarent. Postea Colinus declamabat contra validam satellitum agmina, quibus Rex stipatus erat; nihil enim magis pernicisum inquietabat, quam quod Princeps a suis fibi metuat, cum tamen potius hi illum timere deberent: insuper male consultum videri dicebat, quod adolescentis Rex, qui aliunde ab omnibus amatur, & per universum Regnum suum timetur, in eo metu inter excubias, & formidolosas stipatorum cohortes educetur.

Sæc. XVI.
A.C. 1560.

§. XC.

Montluci Valentini Episcopi oratio in hoc conventu habita.

Postmodum Rex dilaudata Colinii Præfecti pietate, ejusque in Regnum meritis, ceteris, ut circa ea, quæ hucusque proposita fuerunt, sententiam suam edicerent, injunxit: quapropter Joannes Montlucus Valentiae, & Augustadiæ Episcopus his verbis exorsus est: „Omnium Ordinum summa est confusio, ac perturbatio: inde exorti motus, qui non nisi pace mentibus redditam componi possunt: malorum quidem initii,